



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

91. Recurrens ad conservatorem pendente appellatione interposita à
sententia ordinarii, an dicatur attentare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO LXXXIX.

Solite Prælati an conjunctim, etiam capitulo, competat coercio.
A Abati seu prælati regulari sine capitulo, competit *cap. Ioannes de regularib.
 cap. reprehensibilibus, ubi Franc. VV. amesius & DD. de appellat.*
 At verò, alterius speciei prælati minime, uti prolixius citatis in locis traditum est.

QVÆSTIO XC.

Attentata pendente appellatione in causa exemptionis an revocari debeant.

Non revocari, nisi semiplenè de exemptione doceatur, ex quo iuri communi contra exemptionem præsumatur, tradidit Panormitanus, à quo amplius huius quætionis investigatio haberi poterit, *in c. 1. nu. 7, de appellat.* & post eum elegantè Lancelottus *De attentatis par. 2. ca. 4. limit. 1. n. 65. & seq. fol. 123.*

QVÆSTIO XCI.

Recurrens ad conservatorem pendente appellatione interposita à sententia ordinarij, an dicatur attentare.

SUMMARIUM.

1. Quæ tendunt in favorem appellantis, possunt attentari.
2. Item quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.
3. Quod fieri potest pendente causa principali, potest fieri pendente causa appellationis.
4. Aditio conservatoris & appellatio sunt remedia tendenti ad eundem effectum.
5. Pinguis remedium est adire conservatorem, quam appellare.
6. Probatio per privilegium est evidentissima.
7. Remedium aliud alio pinguis potest semper adiri.
8. Defensionibus pluribus uti est permissum.

Decisionem adfert Quintil. Mandol. *in praxi commissionum, commissione ad conservatorem 14. gloss. ult. quest. 4. & tract. de inhibitis. quest. 21. dum tradit non obtine*

obstante appellatione & inhibitione à rota obienta, aliud tribunal pro iure appellantis conservando adiri posse citra vitium attentati, id quod haud dubie iuri & aequitati consonum est. Quippe, quod licet in praedictum appellationis nihil veniat attentandum sit, si nil innovari appell. pend. Nihilominus tamen ea omnia, quae tendunt in favorem & utilitatem appellantis, non obstante appellatione attentari & ad instantiam appellationis explicari possunt Innocent. cap. quia propter de elect. Socin. conf. 45. col. 3. vol. 1. Marant. de ord. iud. par. 6. actu 2. in decisorijs n. 181. Lancelotti. de Attentati par. 2. cap. 12. limitatione 4. n. 1. & seq. fol. 262 nempe quod ea tendere dicantur in faciliorem exitum appellationis Mandos. de inhibiti. quaest. 102. num. 7. Duennas. 179. 42. limit. 17. Marant. d. actu 2. num. 185. quae appellanti prohiberi non debent, alioquin enim appellatio concessa in favorem converteretur in lesionem 6. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.

Insuper, quodcumque pendente causa principali fieri potest, illud etiam citra vitium attentati in causa appellationis expediri permittitur, Abb. cap. pastoralis num. 3. de iure patr. Marant. d. actu 2. numer. 164. ut proinde cum licuerit in prima instantia ad conservatorem recurrere, idem etiam licere in sequentibus instantiis discernendum est, id quod quia gravamen est successivum, quo durante citra aliquam temporis circumscriptionem provocare, superioremque adire permittitur, Marant. d. actu 2. nu. 205.

Paucis, aditio conservatoris & appellatio, sunt remedia tendentia ad eundem effectum, cuiusmodi iuxta receptam doctorum sententiam cumulari possunt late Abb. cap. ex parte M. n. 6. de rescripti. Peck. de iure sistendi cap. 4. n. 19.

Imò pinguius & utilius est conservatori multa privilegia concessa sunt, quae ex diuturno consuetudine, tum quod conservatori probatorem evidentissimam faciente Carol. sing. 784 late Fel. in repert. verb. probatio. qua sit per privilegium. colliguntur, tum quod illius auctoritas ceteros delegatos etiam à latere antecellat, dixi supra lib. 1. q. 39. n. 17. & 23. est autem iuris expediri, quando remedium aliud alio pinguius est, unius electionem alteri viam non pracludere, Abb. d. num. 9. & cap. cum ex literis numer. 18. de test. in intro. c. ap. cum dilecti num. 5. de emp. & vend. cap. significavit num. 6. de test. sed licere pluribus remedijs, aut detractionibus uti cap. nullus pluribus de reg. iur. in 6. 1. nemo ex his ff. cod. l. nemo prohibetur ff. de except.

OK
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z